Zwettl, 4. Viertel 12. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31713
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



quid est aliud quam alas deponere.
id est denulla iam uirtute confidere?
si sub magno timore trepidare? Siue
enim omnipotentis dei considerent siue
eius iudicia ppendant. trepidant timet
cunt. Sic quasi alas deponere. est uirtu
tes quas habent humiliare; Sic abraham
alas deposuit qui quando loqui cum do
cepit. puluerem et cinerem se esse cognouit
dicens: Loquar ad dnm meum cum sim pul
uis et cinis. Sic moyses alas deposuit. eru
ditus omni sapientia egiptiorum? mox ut uba
dni audiuit. uba se non habere deprehendit
dicens. Obsecro dne non sum eloquens ab heri
et nudius tertius. ex quo locutus es ad seruum
tuum impedicioris tardioris lingue sum.
Ac si apte diceret. Post quam ate uba ute
audio. confusus me iuerbis poub; agnos
co. Sic esaias cum uita dno adpdicandum
placuerat. cum eundem dnm contemplatus. car
bone de altari more tactus est et ait. Ve mihi
quia tacui quia uir polluti labiis ego sum.
Ecce ad superiora sublenatur sibimet ipsi dela
bior. pollutione displicuit. Nisi enim celes
tis mundicie alta conspiceret. esse se iudicabi
lem non inuenisset. Sic loquente hieremi
as clamauit. a. a. a. dne dus ecce nescio lo
qui: quia puer ego sum. Iucta enim ea uba
que audiebat. uba se non habere cogno
uerat. Sic daniel sublimem uisionem
uidens. per plurimos dies elanguit. et egro
tauit? quia hi qui in uirtutib; fortes sunt.
cum altiora dei conspiciunt. in sua sibimet ip
sis estimatione infirmi atq; inbecilles
fiunt. Sic beatus iob de quo dns amicis illi
dicit. Non estis locuti coram me rectum.
sicut seruus meus iob. cum uba dei loquentis
audiret? respondit dicens; Insipientem lo
cutus sum. atque ultra modum excederet
scientiam meam. Et paulo post. Idcirco ipse
me reprehendo. ago penitentiam in fauilla
et cinere. Qui quantum ad homines sapientem loquutus
fuerat. loquentem dum audiens. insipientem
se locutum fuisse reprehendit. quia in contempla
tione uere sapientie sua ei sapientia ui
luit. Aduocem de superuenientem ani
malia alas deponunt? qa uirtute dei siue
innata sua contemplari requiram. siue in
occultis iudiciis inuestigare cogitemus.
peo qd ei sic alta nobis inpenetrabilia sunt
nra nobis si qua in ee bona credebant uiles
cunt? atque inquantulacumque sciencia uolare
credebam. inuisibile sup nos natam et im
penetrabilia ei iudicia ppendentes: humiliis
alis humiliter stam. Sequitur. Et sup firma
mentum qd erat imminens capiti eorum quasi as
pectus lapidis saphiri similitudo throni.
Et sup similitudinem throni similitudo quasi
aspectus hominis desup. Quid p thronum.
nisi ille uirtutes anglice designant? que
ipsos quoq; anglos dignitate loci superiores
excedunt. Nam cum angli nuntii dicantur.
et cum sepe ad annuntianda queda homi
nib; ueniant. throni missi administe
rium nuntii nusquam leguntur? quia eis lon
ge sublimius creator omnium presidet.
Unde paulus apls ordines celestium ag
minum. quos ad thronum celum rapt uiderat
describens ait. Siue throni siue dnationes. siue principatus. siue potestates. omnia

32